Sit omnibus notum. Quod ego Johannes Ferrarii ville Granullariorum confiteor et recognosco
vobis Jacobo de Masferrer dicte ville clavario anno presenti eiusdem ville. Quod dedistis et
solvistis michi bene et plenarie ad meam voluntatem realiter numerando omnes illos septua-
ginta solidos monete Barchinone de terno qui michi solvi debuissent in mense julii proxime pre-
teriti pretextu cuiusdam censualis mortui consimilis precie quantitatis quod pro vobis homines uni-
versitatis et singulares dicte ville et eorum tamen michi faciunt et prestant et facere et prestare
tenentur quolibet anno precio in dicto tempore sive die. Et ideo renunciando exceptioni non
numerate et non solute pecunie dolo malo facio vobis dicto nomine et dicte universitati et eius
singularibus de predictis septuaginta solidis per vos dicto nomine michi ut prefertur solutis
presentem apocam de soluto in testimonium premissorum. Actum est hoc Barchinone tricesima
prima die mensis julii anno a Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo
tricesimo primo. Signum Johannis Ferrarii predicti qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt discretus Johannes Osona notarius et civis et Petrus de
Sancto Petro scriptor Barchinone.

Sig num Francisci de Molis regia auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem
illustrissimi domini Aragonum regis. Qui hiis premissis omnibus interfuit eaque
scribi fecit et clausit.

Solvit Stephanus de Molis vice
de Jacobi de Masferrer pro pre-
senti viii solidos

Joan Ferrer, de la vila de Granollers, confessa haver rebut a Jaume Masferrer, clavari de [...], 31/7/1431, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Joan Ferrer, de la vila de Granollers, confessa haver rebut a Jaume Masferrer, clavari de [...], 31/7/1431, p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers